



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 11. Martyrium aquis consecuti sancti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

rosolymitano Episcopo: qui, cùm, Pascha-  
tis festo die, oleum defecisset, aquam, loco  
olei in usum lumen infundi jussit. Quæ,  
quam primùm in oleū versa, sic accensa est,  
ut omnibus spectaculo esset. Neq; finis fue-  
rit, si aut olei, aut aquarum fontes saluber-  
rimos, vel solius Germaniæ velim comme-  
morare. E quibus satis fit clarum, miraculū  
Moysis, rupem in latice soluentis, oleumq;  
de saxo durissimo elicientis; sapientia fuisse, etiā  
apud nos Christianos, restauratum. Quibus  
miraculis aquarum gloria, præstantiaque  
diuinitus commendatur.

## § X I.

*Martyrium aquis consecuti Sancti.*

Nec mirabiles duntaxat fuere Sancti,  
dum sitientibus aquæ potum præbuerunt,  
sed longè mirabiliores, quando non solùm  
aquas frugalissimè, in Eremo, atq; inter diu-  
turna jejunia; sed etiam cùm eas adeò copi-  
osè hauserunt, ut suffocarentur. Clariùs lo-  
quar. Aquæ martyres fecerunt; & martyrijs  
sunt consecratae. Colit, ob id, Clementem  
Romanum quotannis Ecclesia, quem sub-  
mersum mare ipsum coluit, ad Angelicum  
illius sepulchrum adituri se reducens, atq;  
iter patefaciens. Leguntur præterea & alij

Martyres, per aquam, ad cælum transiſſe  
vt Ascla, Anastasius Aquileiensis, Florianus,  
Hesychius, sub Diocletiano; Theogenes,  
sub Licinio; Claudioſ Tribunus, sub Nu-  
meriano; Callixtus Papa, sub Alexandre  
Seuero, Symphorofa, sub Adriano: item A-  
pollonius, Bassus, Antonius, Philemō, Pro-  
tolycus, apud Alexandriā, Callixt⁹ & Cha-  
risius, apud Corinthum: Iucundianus, in  
Africa; Palatinus, Maxima virgo, Christina,  
& alij, sine numero, Christi cauſa in aquas  
proiecti, per compendium ad portum cæ-  
lestem peruererunt; docueruntq; non vir-  
tutes tantū, sed etiā beatas mortes posse  
haberi aquarum occasione.

## §. XII.

*Variae artes, in aquis aut per aquas fa-  
cilitatæ.*

Quòd si artes percurrere libeat, quæ vel  
sine aquis nullæ sunt; vel ab aquis pluri-  
mū juuantur, in Oceanum quendam hi-

Agricola. Itinerariū intrabimus. In aquis excentur ar-  
tes natandi, piscandi, nauigandi, bellandi,  
molendi, medendi. Vnicum, de medica vi-  
tæ terra  
Sen. 3.  
nat. q. q.  
Proclus.  
lib. 2. c. 3.

entes natandi, piscandi, nauigandi, bellandi,  
molendi, medendi. Vnicum, de medica vi-  
tæ aquæ, apponam exemplum, quo docetur,  
Apolloniū, non alia, quæ medica arte, sa-  
nauisse adolescentem, quem rabiosus canis  
mo.